

De legatis ad pias causas relictis de Jure Falcidia * non detrahatur, ut latissime prosequitur Author hic n. 9, & seq. Mangil. de imput. q. 119, n. 10, Genuen. in prax. Eccles. tricen. 14, q. 401, num. 1, Lan. dec. 90, sub num. 5, vers. ideo falcidia. Ubi quod nec libertatem minuat Ciarlin. controv. 28, num. 10, & controv. 139, n. 2, & seq. & controv. 206, n. 39, Comitoli. dec. 45, n. 9, & decif. 64, n. 20, Ruger. consil. 17, n. 35, lib. 2, Bertazzol. consil. civil. 58, n. 58, & seq. Cyriac. controv. 316, n. 14, & 15, ubi quod non detrahatur de legato dotis facto pauperi, & controv. 363, n. 9, Michalor. de duobus fratrib. part. cap. 28, n. 20, ubi quod falcidia ex vestibus & jocalibus festivis uxori relictis non detrahatur Ripol. var. resolut. 13, n. 697, Gratian. disceptat. 542, n. 40, & discept. 881, n. 13, Giovagn. consil. 99, n. 28, lib. 1, Barbof. de controv. jur. Eccles. lib. 2, cap. 11, n. 92, & 93, & lib. 3, cap. 27, n. 84, Sanchez conf. moral. lib. 4, cap. 2, dub. 11, n. 3, Caren. resolut. 249, n. 1, & 7, ubi plures in id agglomerat auctoritates Leoncill. de privileg. pauper. 149, n. 3, 8, & 9, ubi ampliatur ad Hospitalia, & Confraternitates Olea de cess. jur. tit. 4, q. 5, n. 12.

Istud autem procedit etiam quando legatum mediate * relinquatur piae causae ad tradita latissime per Caren. dicta resolut. 149, n. 8, & seq. ac per totam Genuen. in prax. tricen. 15, quast. 426, n. 5, ubi declarat procedere praesupposita certitudine, quod legatum ad Ecclesiam deveniet Grass. de effect. Cleric. in praeludiis num. 94, & 95, ubi quod legatum pro manutenendo aliquem in studio dicatur pium, nec ab eo consequenter falcidia detrahi possit late Ciarlin. dicta contr. 139, ex num. 8, ubi quod haeres falcidians legatum sub conditione ad piam causam perventurum cautionem praestare teneatur, quod eveniente casu purificationis legati in piam causam illud integre restituet Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 27, n. 85, Leoncill. de privileg. pauper. 149, num. 4.

Modo controvertunt Doctores, an Ecclesia seu pia causa haeres instituta adversus legata pia * falcidiam detrahere valeat, in qua quidem quaestione ancipites remanserunt Mangil. de imput. quast. 120, n. 12, 13, & seq. Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 27, n. 87, Leoncill. de privileg. pauper. 149, n. 5, 6, & 7. Caeterum quod pia causa haeres instituta, nec ipsa adversus aliam causam piam legatariam non detrahatur falcidiam pro veriori, ac honestiori concludunt Genuen. & alii per eum relati in prax. Eccles. tricen. 15, quast. 426, sub num. 2, vers. sed deveniendo: adhuc tamen articulo mature discussio post alios Ciarlin. controv. 139, sub 18, vers. Verumtamen, & controv. 140, nu. 19, Ripol. var. resolut. 13, n. 698, concludunt pro veriori causam piam haeredem institutam in odium alterius piae causae falcidiam detrahere. Praedicta tamen procedunt data paritate pietatis inter haeredem institutum, & legatarium: nam ubi legatum magis pium praesisteret, utique detractioni falcidiae locus non fieret, Mastril. dec. 280, n. 91, & seq. Ciarlin. dicta controv. 139, n. 31, & seq. & controv. 140, n. 28.

Privilegium hujusmodi ne haeres ex legatis piis falcidiam detrahat * a voluntate testatoris pendet, qui disponere potest, ut ex legatis etiam piis falcidia detrahatur Author hic num. 10, & 11, quando autem ex legatis privilegiatis falcidia detrahi nequit controversia oritur, an tunc falcidia de legatis non privilegiatis integraliter detrahi possit, quam cum distinctionibus exami-

nant Peregrin. dec. 85, Leoncill. de privileg. pauper. 149, n. 10, Mangil. de imput. quast. 118, n. 19, & latius quast. 121, Vivian. in prax. Juris patr. lib. 2, cap. 5, n. 134, Gratian. disceptat. 59, n. 1, Genuen. in prax. Eccles. tricen. 14, quast. 401, n. 1, Ciarlin. dicta controv. 140, n. 2, per totam latissime. Joan. Ant. Bellon. de jur. accrescen. cap. 6, quast. 4, n. 6, & seq.

Accedendo ad materiam alimentorum ex legato pro alimentis, ita demum detractioni falcidiae cessat, si legentur alimenta * pauperi, secus vero si diviti, ut prosequitur Author hic n. 12, quam distinctionem pluribus exornat Mangil. de imputat. quast. 120, ex n. 7, Novar. in prax. miserabil. privileg. 46, n. 2, Leoncill. de privileg. pauper. 23, n. 28, & 149, n. 1, part. 2, Gratian. in addit. ad dec. 48, n. 3, Laurent. Urfell. in verbo alimenta conclus. 89, n. 533.

Praedicta tamen conclusio limitationem recipit, quando legatum alimentorum * in pecunia consistit, quia tunc ab ipso detrahatur falcidia. Gratian. in addit. ad dec. 48, num. 3, Laurent. Urfell. in verbo alimenta dicta conclus. 89, n. 533. Legata autem pecunia pro alimentis proprietatis * legata intelligitur, quae tamen ad honestum lucrum poni debet, ex quo legatarius possit alii vel stare penes haeredem, qui redditum solvat. Gratian. in addit. ad decif. 194, sub n. 3, Laurent. Urfell. in verbo alimenta dicta conclus. 89, n. 534.

Pia causa haeres instituta de legato alimentorum detrahit falcidiam * ex veriori sententia, de qua Author hic sub n. 13, prope finem versic. pia autem causa. Mangil. de imput. quast. 118, n. 24, & 26, & quast. 120, n. 11, & 13, Leoncill. de privileg. pauper. 149, n. 5, & seq. lib. 2.

Legata si transcendant vires haereditarias pro rata diminui debent, * ut exinde omnibus legatariis, sive speciei, sive quantitati, aliquid attingat ad tradita per Authorem tom. 4, controv. versiarum cap. 51, ex n. 19, & hic n. 14, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, cap. 4, n. 2, & 3, ubi si quis ut legatariis plus receperit ejus contingenti portione in ordine ad diminutionem aliis restituere teneatur. Lar. dec. 61, n. 44, Mart. de success. legal. part. 4, quast. 18, art. 9, n. 18, Leoncill. de privileg. pauper. 21, num. 1, part. 2, Joan. Franc. Andr. controv. 154, n. 3, Carleval. de judic. in Apolog. in fin. tract. impressa n. 32, Olea de cess. jur. tit. 4, quast. 7, n. 3, ad 8, Dian. part. 3, tract. 5, resolut. 60, fol. 453. Quod etiam militare in legatis piis, ut nimirum cum aliis aequaliter, * seu proportionabiliter diminutionem admittant prosequitur Author hic n. 15, & tom. 4, ejus controv. cap. 51, sub num. 23, vers. & id procedat. Lar. d. dec. 61, sub num. 44, vers. nulla facta differentia. Sanchez conf. Moral. lib. 4, cap. 2, dub. 11, n. 5, ubi adducit rationem: quia id quod detrahatur a legatis piis in hoc casu non est falcidia, sed est declaratio legati inaniter facti. A Cost. de privileg. creditor. reg. 5, in praefat. sub n. 3, vers. a priori sententia. Olea de cess. jur. tit. 4, quast. 5, n. 13.

Idem Sanchez in praecip. Decalog. lib. 4, cap. 15, n. 40, Pasqualig. quast. moral. 241, n. 2, cen. 3. Contrariam tamen in proposito opinionem, & in casu haereditatis non solvendo diminutionem non afficere legata in causam piam relictis post alios comprobant Novar. in prax. privileg. miserab. 22, n. 3, & seq. Leoncill. de privileg. pauper. 213, n. 3. Verum utraque opinio conciliatur ex eo, quia haec posterior sibi locum vindicat in legato pro usurarum restitutione, exoneratione conscientiae, celebratione missarum, & aliis pro animae ipsius Testa-

Observationum de Alimentis. Caput X.

Testatoris suffragio destinatis, ut optimè se declarat Author hic sub num. 15, vers. verè tamen: & in simili causa fuit in voto cum Lar. ut ipsemet d. decif. 61, sub num. 44, vers. tametsi contra, ubi num. 45, rationem assignat, quia semper accipienda est ea conjectura, quae suffragatur Testatoris animae, quae cunctis rebus, & personis debet praerferri, credendum enim est nolle testantem in sui damnum minui legatum, aut quis non praesumat relictis pro suffragiis animae suae noluisse ut praecipua praestentur, Olea de cess. jur. tit. 4, qu. 5, n. 20, & 21.

Juxta quam distinctionem statuendum quoque venit quoad legata alimentorum concludit hic Author n. 15, Olea de cess. jur. tit. 4, q. 5, n. 11, ubi n. 24, & seq. quaerit, an privilegium legatis piis concessum ne ex eis falcidia detrahatur, cedat damno haereditatis, an uno aliorum legatario- rum, & vide infra cap. 52.

CAPUT X.

SUMMARIUM.

- 1 Filii tenentur praestare alimenta parentibus; Professionem in Religione si emiserint tenentur egredi ut parentibus subveniant n. 2. Declara- ra ut num. 3. Patri potius quam filiis subvenire debent n. 4. A patre potius quam a filiis alendi sunt n. 5.
- 6 Jura omnia tam activa, quam passiva in Monasterium transeunt per professionem ingressi.
- 7 Monasterium tenetur alere filios pauperes professi.
- 8 Legitima debetur filiis statim ac pater professionem emisit, & contra parentibus debetur legitima statim emissa professione per filios n. 9. Et de ratione n. 10.
- 11 Ususfructus per professionem non extinguitur; & 12.

Filii erga parentes omni jure tenentur ad sublevandum eos à molestia egestatis, * praestando potissimum parentibus alimenta Olasc. dec. 124, num. 8, Leoncill. de privileg. pauper. 306, num. 1, Giurb. observat. 41, num. 7, ubi de spuris, qui parentes alere tenentur Gratian. discept. 296, num. 45, & 46, Calvin. de equit. c. 74, num. 29, & seq. Merlin. de legitim. lib. 4, tit. 1, q. 16, sub num. 1, vers. Etenim naturali jure, Lanfranch. Zacch. de Salar. quast. 3, num. 43, Riccioli in tract. de Neophyt. cap. 9, num. 11, Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 1, cap. 42, num. 24, & 25, ubi quod etiam filii ad fidem conversi teneantur parentes Judaeos & infideles alere, cum caeteris apud Autorem hic num. 1, & sub nu. 14, vers. Quod si; ubi ampliatur etiam ad spurios, erga quos pater tenebatur.

Ad subveniendum parentibus extremam necessitate laborantibus etiam sine licentia Superioris professus in Religione * filius Religione egredi obstringitur. Si vero in Religione adhuc ingressus non fuerit, aut professionem non emiserit, parentibus tali casu, ut subveniat ab ingressu in Religionem sub censura peccati mortalis abstinere debet, ut pluribus se extendit Author hic a num. 3, ad 12, ubi idem è converso militare quoad patentes suggerit, ut nimirum in extrema filiorum egestate, cui subvenire possent, non posse parentes Religionem ingredi, ingressumque deferere teneri: eandem conclusionem pluribus exornat Barbof. de univers.

jur. Eccles. lib. 1, cap. 42, à numero 19, ad 26, Leoncill. de privileg. pauper. 267, numer. 1, & per totum, & privileg. 308, & privileg. pauper. 161, n. 16, p. 2.

Cum animadversione tamen, quod Religioso manendi extra Monasterium cum dimissione habitus Regularis, * & susceptione Clericalis licentia à nemine concedi possit, praeterquam à summo Pontifice, ut post alios subjungit Leoncill. de privileg. pauper. 267, n. 4.

At si quis habeat patrem, & filium in eadem necessitate constitutos nec utrumque alere possit * habet tamen quantum uni sufficit, patri potius quam filio subvenire debet. Duran. dec. 76, num. 34, & seq. qua est dec. 62, p. 5, recent. Sperel. dec. 32, n. 4, & pluribus exornat Laurent. Urfell. concl. 89, ex num. 206, ubi num. 212, concludit, quod plerumque subventio sit filiorum, & de raro parentum.

Quemadmodum è contra si pauper patrem, & filium divites habeat, à patre potius, quam à filio * alendus est, Surd. de aliment. tit. 1, quast. 94, num. 12, Merlin. de legit. lib. 1, tit. 3, q. 4, num. 6, Leoncill. de privileg. pauper. 161, nu. 13, p. 2.

Omnia jura tam activa, quam passiva in Monasterium transeunt * per professionem ingressi. Author hic num. 13, Rot. dec. 333, sub num. 2, vers. quod magis procedit, part. 2, dec. 336, nu. 10, part. 5, recent. & dec. 2, sub num. 11, vers. Sed omnia coram Burat. Caren. resolut. 153, numer. 6, Redenasc. conf. 53, num. 47, Altograd. conf. 137, num. 14, lib. 2, Palm. conf. 13, num. 8, Vivian. in prax. jur. patron. lib. 4, cap. 2, numer. 63, & 64, Olea de cess. jur. tit. 3, quast. 9, num. 33, Merlin. de legitim. lib. 5, tit. 3, quast. 3, num. 2. Et exinde deducit Author ibidem, quod Monasterium * filios pauperes, & egenos professi alere teneatur, & idem comprobatur Leoncill. de privileg. pauper. 308, num. 11, Molin. de primogen. lib. 1, cap. 15, numer. 43, Sanchez in praecip. Decalog. lib. 7, cap. 31, n. 2, in fine, tom. 2. Olea de cess. jur. tit. 3, quast. 9, n. 34, in fine, Barbat. de divis. fruct. p. 2, cap. 1, n. 131, ubi ampliatur etiam quoad spurios professi.

Statim atque pater in Religione professionem emittit eo adhuc vivente, * nec expectata morte naturali filiis legitima debetur: & haec opinio quicquid plures alii controvertant verior ac magis recepta post alios renunciatur hic per Author. sub num. 14, vers. Succedit ergo. Barbof. collect. lib. 3, c. cum simus 14, numer. 3, de regul. tom. 1, fol. 947, Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 1, num. 128, Angel. de acquir. poss. quast. 8, art. 26, num. 660, Rot. dec. 267, num. 3, & seq. part. 5, recent. & latius examinat Merlin. de legit. lib. 5, tit. 3, q. 3, num. 11, & per totum in moderna impressione, ubi plures Rotae Romanae resolutiones refert Spad. consil. 306, num. 10, lib. 3, ubi quod in judicando ab hac opinione recedi nequeat.

Idem quoque è converso asseverandum venit, ut nimirum cum filius in Religione capaci successione honorum * proficetur, statim parentibus legitima debita sit, quemadmodum subjungit Author hic sub num. 14, vers. & idem resolut. Barbof. collect. lib. 3, c. cum simus 14, sub n. 3, vers. merito tenet de regular. tom. 1, fol. 949, Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 1, n. 133, Spad. d. consil. 306, n. 9, & 10, lib. 3, Rot. dec. 116, n. 16, & per totam, & dec. 223, n. 9, & seq. ubi quod debeatur matri etiam binubæ legitima in bonis filii professi, & dec. 267, num. 2, part. 5, recent. B 4 ubi

ubi articulus latè discutitur, & contraria refelluntur Merlin. de leg. lib. 5, tit. 3, d. quæst. 3, n. 12, & post. tract. dec. 103, n. 1. Ratio subest optima quia ad effectum consequendi legitimam

10 * mors civilis idem operatur, quod mors naturalis nimirum translationem bonorum professi in Monasterium præsupposita semper ejus capacitate succedendi qua flante dubio procul filii legitimam consequuntur, nec ulterius alimenta prætere de valent, & hanc eandem quætionem nem reallumpfit, & prout supra determinavit Author in hoc tract. cap. 43, n. 16, & 17. cum ibi notatis.

Ufusfructus ante Monacatum, seu emissam professionem relictus non extinguitur, sed debetur usque ad obitum naturalem, quando Monasterium est capax successione bonorum Mastrill. decis. 153, n. 226, Donad. de renunciat. c. 34, n. 215, Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 1, n. 122, & faciunt tradita per Fulgin. de emphyt. tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 14, n. 7, & per totam.

12 Idem quoque dicendum venit * de usufructu, quem habet pater in bonis adventitiis filiorum jure patriæ potestatis qui per ingressum, & professionem in Religione ipsius patris non amittitur, ut post alios animadvertit Author hic n. 15, & in controversiam revocat Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 1, n. 123, & seq. ubi diversis rellatis opinionibus ei tandem adhæret, quæ usufructum inter Monasterium, & filios dividendum determinat.

CAPUT XI.

SUMMARIUM.

1 Donatio absque insinuatione sustinetur usque ad quingentos solidos. Fallit in donatione jurata num. 2, & num. 3. Fallit ut num. 4, & num. 8, & nu. 9, & nu. 10, & nu. 12, & num. 15, Coram iudice in actis facta valet sine solemnitatibus n. 6. Non insinuata corrumpit tantum in excessu n. 13.

5 Juramentum plures sanat defectus.

7 Solidi quinquecentum quantam summam constituunt querunt DD.

11 Insinuatio non requiritur ob incertitudinem rei donatæ. Lapsu triginta annorum in donatione presumitur intervenisse n. 14.

Hodie ex postrema Justiniani constitutione donationes etiam non insinuatæ sustinentur, * dummodò quingentos solidos non excedant. Mart. Medic. decis. Senen. nu. 1, Spad. conf. 144, nu. 5, lib. 1, & conf. 169, num. 5, lib. 3, Altograd. conf. 7, n. 1, & 30, lib. 1, Mart. conf. 150, n. 19, ubi etiam in donatione præsumpta requiri insinuationem. Jo. Baptista Sylvatic. conf. 44, nu. 67, Treutler. conf. 3, nu. 61, & 142, & conf. 4, n. 44, Cyriac. contr. 10, nu. 72, & 74, ubi quod insinuatio requiratur etiam inter conjunctos Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 13, n. 22, Bim. conf. 303, n. 81, & 82, Guilhelm. Anch. de rescript. & morat. concl. 48, sub n. 139, l. 5, & dec. 461, n. 1, Georgius Mund. conf. 19, nu. 39, lib. 2, Buccafer. conf. 78, nu. 18, & conf. 110, n. 4, Jo. Franc. Andr. contr. 240, n. 22, Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, n. 16, Carol. Caruf. in sylv. termin. arb. 9, n. 3, & seq. Burat. dec. 7, num. 5, Rot. dec. 34, num. 5, & dec. 58,

num. 48, & dec. 65, nu. 3, & dec. 118, num. 5, & dec. 259, nu. 3, part. 6, recent. & decis. 69, n. 14, part. 7, recent. Royas dec. 304, num. 8, Rub. ad Rot. dec. 1, num. 16, in annot. part. 8, recent. & min. Bononien. dotis 28, Junii 1647, §. injustitia autem coram Meltio, & in Romana pecuniaria seu legati 11, Martii 1650, §. non obstat defectus coram Alberгато.

In donatione tamen jurata deficiens insinuatione * non consideratur, quia juramentum insinuationem supplet Thomat. dec. Macerat. 68, num. 45, Buccafer. d. conf. 110, nu. 16, ubi tamen requirit quod sit renunciatum insinuationi Giovagn. conf. 83, ex n. 29, ad 36, lib. 1, Joan. Franc. Andr. controvers. 6, n. 37, Spad. conf. 235, nu. 9, & 10, lib. 2, ubi ampliatur etiam si juramentum non fuerit appositum renunciacioni insinuationis. Mart. Medic. dec. Senen. 29, nu. 2, Cyriac. controvers. 10, num. 47, 79, & 97, qui contrarium ex aliis sustinere contendit, ego tamen vidi contra ipsum praticari, & quod clausula * vim juramenti habens, defectum insinuationis suppleat, & contr. 128, num. 99, & 100, Buratt. dec. 76, nu. 11, & seq. Ferentill. ad eundem Buratt. dec. 924, n. 18, Carol. Caruf. in sylv. termin. arb. 9, n. 40, Olea de cess. jur. tit. 4, quæst. 3, num. 15, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, nu. 46, & huic opinioni adhærendum quicquid in oppositum sustinere contendat Dexart. dec. 41, per totam. Larr. dec. 66, nu. 39, & alii plures eandem sententiam prævalentes, nam hodie præcedens sententia prævalet, & insinuatio per juramentum suppletur ex infinitis præter adductos longâ serie cumulat per Thomas. de tutor. & curator. tit. 19, nu. 1087, fol. 507, & num. 1975, fol. 637, Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 150, nu. 49, & de magis communi, & veriori testantur congesti per Rot. dec. 58, nu. 53, & seq. part. 6, & dec. 381, n. 23, p. 9, tom. 2, recent. & in Camerin. donationis 4, Maii 1640, §. neque obstat coram Pirovano, & hanc opinionem exornat, & amplectitur Author hic n. 4.

Cæterum ubi vigent statuta disponentia quod in contractibus ultra juramentum intercedat insinuatio * tunc juramentum & insinuatio copulative requirentur. Marefcot. var. resolut. 27, n. 13, 14, & 15, lib. 2, ubi quando juramentum suppleat plures defectus donationis Joan. Franc. Andr. contr. 6, num. 40, ubi quod ex amplitudine juramenti plures * tolluntur defectus, & contr. 240, nu. 25, ubi quod juramentum plures regulariter non sanat defectus, Mart. Medic. dec. Senen. 29, nu. 3, & 6, ubi ob amplitudinem jurisjurandi illud sanare plures defectus concludit, Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 150, n. 48, Rot. dec. 385, nu. 9, part. 2, recent. Beltram. ad Ludovif. dec. 391, n. 10, in fine, Ferentill. ad Buratt. dec. 47, num. 11, & dec. 924, n. 19, Rot. in Ariminen. legatorum 29, Maii 1625, coram Manzanedo: & in Perusina hereditatis 10, Decembris 1628, coram Card. Virili: & in Romana dotis 20, Novembris 1630, coram Pirovano.

Sustineretur etiam donatio absque ulla prorsus aut alia solemnitate, * si donatio coram competente iudice in actis fieret. Ludovif. dec. 391, n. 8, & latè prosequitur Rot. dec. 387, n. 63, & seq. part. 9, tom. 2, recent. Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 150, n. 5.

Solidi quinque centum, intra quos donatio absque ulla insinuatione viribus subsistit, quantam hodie * auri summam constituunt, non ita planum videtur, cui quidem ambiguitati ut occurrerent

Observationum de Alimentis Caput XI.

occurrerent Romani reduxerunt dictam quantitatem ad ducentos bis centum de Carolenis, ut legitur in Statuto Urbis cap. 150, ubi Fenzon. n. 31, seclusâ verò dispositione statuti non desunt, qui voluerint solidos quinquecentum septingentos aureos nostri temporis & ultra constituere. Treutler. conf. 7, num. 87, ubi quod tales solidi seu aurei, ita considerentur, ut viginti septem unam auri libram conficiant. Buratt. d. dec. 7, num. 5, Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 150, num. 32, & seq. ubi quod solidus idem sit, quod aureus antiquus, quorum quatuor complebant unciam, & quadraginta octo libram auri, quem sequitur alios cumulando Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, num. 19, ubi reprobatur Gratian. disceptat. 51, nu. 14, & per totam; quatenus vult in ætimatione solidi attendi debere tempus præfens. Carol. Caruf. in sylv. termin. arb. 9, num. 7, quam quætionem attingit recensendo alios Doctores, qui de hac materia, ad quos se remittit Author hic num. 5.

Regula hujusmodi circa insinuationes in donationes adhibendas limitatur primò in factis Ecclesiæ seu * ad pias causas hic sub num. 8, vers. limitat autem. Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 13, sub num. 22, vers. si fiat tamen. Sperell. dec. 10, n. 10, 15, 16, & 17, Spad. conf. 139, nu. 10, lib. 3, Buratt. dec. 7, num. 9, & dec. 584, num. 15, Carol. Caruf. in sylv. termin. arb. 9, nu. 28, & 29, Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, num. 35, & seq. Leoncill. de privileg. pauper. 91, num. 4, & seq. part. 2.

Eadem quoque limitatio militat in donatione facta ob ingressum in Religionem, * quæ etiam per viam renunciacionis emanata insinuationem non requirit. Manent. conf. 58, n. 18, & per totum, Buratt. dec. 461, num. 1, & per totam, Gratian. discept. 975, n. 33, ubi tamen contrarium sustinere inuoluntè contendit Carol. Caruf. in sylv. termin. arb. 9, n. 76, & 77, ubi tamen malè distinguit inter factam ante susceptum novitiatus habitum, & emanatam, eo jam suscepto Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, n. 37, Rot. coram Royas dec. 140, nu. 3, & 4, ubi reprobat Duran. dec. 121, Orthobon. dec. 10, n. 48, & in Romana fideicommissi de Cosciaris 16, Martii 1648, §. insinuatio autem: quæ quidem resolutio Rotæ emanavit in casu, quo puella renunciata adhuc Monasterium ingressa non fuerat, ut ibidem legitur §. firmata igitur. Unde necessariò rejecta convincebatur distinctio inter renunciacionem secutam ante susceptionem habitus Religiosi, & factam intra annum novitiatus, quam amplexa fuerat Rot. in Romana successione de Comitibus 23, Junii 1642, §. verum dicebant, & §. sequenti coram Duñozetto, duplicem assignant rationem, alteram quia dicitur donatio, seu renunciatio ob causam scilicet ingressus in Religionem, alteram quia censetur actus resolvibilis uti potius in causam mortis, quam inter vivos, & idè non irrevocabilis.

Uterius insinuatio non requiritur in donatione facta ex causa matrimonii * non quidem in genere, sed certi in individuo, Gratian. discept. 984, n. 25, Michalor. de duobus fratribus, p. 1, cap. 20, n. 21, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, n. 58, Rot. dec. 58, num. 51, & seq. part. 6, recent. Ferentill. ad Buratt. dec. 924, n. 17, latè examinat. Altograd. conf. 7, n. 8, 30, seq. ac per tot. lib. 1, Staiban. resol. 22, n. 19, Jo. Franc. Andr. controvers. 155, per totam, ubi quætionem prædictam hinc inde examinat, & indecisam re-

linquit Thomat. dec. Macerat. 77, num. 8, & 9; Giurb. obser. 38, num. 12, & per totam.

Incertitudo demùm rei donatæ circa illiquiditatem valoris * onus insinuandi remouet Spad. conf. 235, n. 13, lib. 2, Buratt. dec. 640, n. 4, & bene explicat Rot. in d. Romana fideicommissi de Cosciaris 16, Martii 1648, §. quoque minus vers. cetera omnia coram Eminentissimo Corrado. Ad regulam requisitæ insinuationis * plures alias limitationes præter Authorem hic sub n. 8, indicant Jo. Carol. Antonell. lib. 1, d. cap. 34, Carol. Caruf. in sylv. termin. d. arb. 9.

Animadvertendo semper quod donatio non insinuata in totum non irritetur, * sed tantum in ea parte, quæ excedit quingentos solidos Treutler. dicto conf. 7, num. 86, Sperell. dec. 84, num. 50, Buratt. dec. 7, num. 5, & comprobant hic adducti nu. 9, & seq. Rot. in d. Bononien. dotis 28, Junii 1647, §. non obstat coram Meltio. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, dicto cap. 34, sub n. 19, vers. 9, & 10, Carol. Caruf. in sylv. termin. arb. 9, n. 8, & 9.

Triginta annorum lapsu insinuationem intervenisse * in donatione præsumitur, Cavaler. dec. 575, num. 11, Gratian. discept. 474, num. 12, & seq. & discept. 869, nu. 4, Buratt. dec. 120, n. 37, & seq. Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, d. cap. 34, num. 15, Carol. Caruf. in sylv. termin. dicto arb. 9, n. 94, ubi cum lapsu temporis observantiam donationis, & possessionem donatarii requirunt Rot. in d. Romana fideicommissi de Cosciaris 16, Martii 1648, vers. præterea si fuisset coram Eminentissimo Corrado: & in Beneventana manutentionis 9, Junii 1649, §. nec refert defectus coram Peutingero. & in Bononien. indemnitate 22, Maii 1651, §. placuit enim vers. & cessat in præsentii Alberгато.

Inter alios casus in quibus donatio insinuationem non desiderat ultimo loco commemorat donationem * pauperibus factam pro alimentis n. 15, 20, eandem conclusionem firmat Leoncill. de privileg. pauper. 91, n. 11, part. 2.

CAPUT XII.

SUMMARIUM.

1 Principes supremi concedunt moratorias debitoribus. Amplia ut num. 2. Ex causa publicæ utilitatis creditorem posteriorem præferit anteriori n. 18. Fallit ut n. 19.

3 Moratoria fideicommissoribus regulariter non prodest, si concedatur debitoribus principalibus. Sed fallit n. 4, & nu. 5, & nu. 6, & num. 7. Quando non operetur nu. 8. Concessa ex conventionione fortius operatur n. 9. Non impedit versum interesse n. 13. Fallit ut n. 14. Incipit currere à die concessionis n. 17.

10 Moratorium impetrans tenetur cavere de solvendo ea finita, vel præstare juratoriam cautionem, si non invenit fidejussores n. 11.

12 Moratorius renunciari potest.

15 Clericus in concessione moratoriæ, an sit remittendus judici Ecclesiastico.

16 Debitor ex causa alimentorum convenitur, & exequitur non obstante moratoria.

20 Prius, & posterius non datur in eodem instrumento.

Supremi Principes debitoribus adversus creditores moratorias, & dilaciones ad solvendum